

Viro Clarissimo Doctissimoque
 Paulo Danieli Longolio
 S. P. D.

Jo. Christianus Wolffius

Non diffiteor culpam neglecti scribendi officii et ideo tu facilis eris in venia mihi
 largientia. Nulla mihi fuerunt impedimenta, quia iter innumerum labores meos gymnasi-
 aliter aliosque hanc parvam auxilio tam belle te expediisse nostram rem apud Virum
 Consultissimum Menexenium et illum tam benigne annuisse vel letor certe, et ve-
 strum utrique ago gratias, quas per est. Nuper a modum in manus meas inci-
 dit semiplagula sexta librorum, quae praeant apud Virum laudatur, ex quibus mihi
 expeto No. 95 Lucani Pharsalia 5th. No. 102. Domer. Regi memorie historiche di Calie.
 Ricci Regolari 5th. No. 115. Bartol. Corte. Nottese. Historiche intorno a meoici Scrittori.
 Milanese 2¹/₂ th. No. 130. Chauvini Lexicon Philosophi 4th. Rogo te minime in modum,
 ut hos libros, si adhuc venales sint, una cum fascis Scriptorum nostris sumptibus
 emas, reliqua curabit recte amicissimus Othe. Nolo enim tibi Vir prostan-
 tissime, plures creare molestias, quia scio, quam soleas esse occupatus.
 Nova literaria Dispensia usque ad haec tempora jam integra possidemus, haecque
 responsunt tibi ab omnibus amicis nostris. Celest. Fabricius prelo subiecit historiam
 literariam religionis Christianae in Asia, Africa et America propagata, cujus
 operis sedecim plagulae jam sunt excusae, in ultimo capite exhibebit Vir lau-
 datus Syllabum Episcopatum Orbis terrarum multo accuratorem et pleniorum,
 quam in Bibliotheca Graeca extat. Monui iterum Virum hunc praestantissimum
 de Suetonio tuo, sed nihil possi ad hunc autorem ornandum in promptu esse
 vel invitum fateatur. Frater dilectissimus tibi salutem dicat plurimam, optatque
 ut omnia tibi bene et ex sententia procedant, me semper habebis ad quavis
 officia praestanda promptum et paratum. Vale. Dat. Hamb. d. 1. Nov. An. MDCCXXX.

348v

A Monsieur

Monsieur Longolius
Maitre en Philosophie

à

Leipsic

